



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

Επειτα, ἡ μετὰ τὸ ἕρπον ἡγομένη ἀνδρῶν, συνέδοκον ἔσται ἐκκλησίας πᾶσης. Apostoli nostri per Iesum Christum Dominum nostrum cognoverunt contentionem de nomine episcopatus futuram. Propter hanc itaque causam perfecta presentia predicti, constituerunt predictos (Episcopos nimirum) & deinceps formam dederunt ut iis defunctis probati alij viri in eorum ministerium succederent &c. ab illis vel deinceps ab alijs viris celeberrimis constituti, universa Ecclesia sibi gratum esse testante.

X. Penes Episcopos arbitrium electionum stetit quondam docet quod Origenis tempestate Hierosolymis accidit. Etenim cum Narcissus Hierosolymorum Episcopus se in locum desertum subduxisset, neminique compertum esset quod se recepisset, visum est his qui finitimis Ecclesijs praeerant ut alterum Episcopum crearent, qui Dius vocabatur: ὁ δὲ τῶν τοῦ ἁγίου ὁμῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχιεπισκοπῶν, ἐφ' ἑτέρου μετὰ τὸν ἐπισκόπου χειροτονίας, Διὸς ἰούτου ὄνομα ἦν. apud Eusebium lib. VI. cap. XIX.

CAPVT III.

Synopsis.

I. Canon quartus Nicænis χρονοῦ τοῦ ἐπισκοπῶν τριβῆνι Μετροπολιτάνῳ ἑνῇ μετὰ τὸν ἐπισκοπῶν ἐκκλησίᾳ. Zonaras & Balsamo existimant eo canone in Episcopos translatum esse jus electionis quod antea populis compete-
bat. De sola autem manuum impositione heic agi scripsit Franciscus Florens.

II. Auctoris sententia est, heic agi de utraque actione eligendi & consecrandi, & utramque heic & alibi χρονοῦ τοῦ ἐπισκοπῶν vocabulo significari.

III. Post mortem Episcopi, Metropolitani & Episcopi provinciales ad sedem vacantem accedebant, ibique in synodo electionem & ordinationem celebrabant. Probatum ex Concilio Antiocheno & Laodiceno.

IV. Jus itaque Episcoporum canone firmatum est, quod pertinet ad populum, consuetudini relictum. Quid iudicij vocabulo intelligat canon Laodicenus.

V. In synodo ad celebrandam ordinationem coacta adesse debebant omnes Episcopi provincia, vel saltem tres, ceteri enim consensum suum scripto dabant.

VI. Synodus illa habebatur in civitate sedis vacantis, ne clerus & populus civitatis arcerentur a communione electionis.

I. **V**SUS ille in Ecclesia jamdiu receptus, à synodo Nicæna sancitus est canone quarto, quo Episcopi χειροτονία Μετροπολιτάνῳ ἑνῇ μετὰ τὸν ἐπισκοπῶν ἐκκλησίᾳ committitur. Ambigua vocis hujus Græcæ significatio Zonaram & Balsamonem induxit ut eam de electione hîc interpretarentur, & scriberent electionum jura, quæ olim populis commissa erant, in Episcopos hoc canone transcripta fuisset. De sola autem impositione manuum hîc agi scripsit Ante-

cessor eruditissimus Franciscus Florens ad Tit. VI. de electione, ex Dionysij interpretatione, qui χειροτονία hîc vertit ordinationem: Episcopum convenit maximè quidem ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen in idipsum omnimodis convenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per unamquamque provinciam Metropolitano tribuitur Episcopo.

II. Nos verò certum existimamus hîc agi de utraque actione eligendi & consecrandi, quæ χειροτονία sive ordinationis nomine hîc & passim significatur: qui duo actus olim inter se cohærebant, ut monui supra. Alioqui si de sola manuum impositione ageretur, cur tam anxie decernitur de synodo habenda, de illius judicio, de contentione inter Episcopos, de plurium sententia sequenda?

III. Porro ad vacantem Ecclesiam ordinandam synodus provinciarum veteri instituto cogebatur à Metropolitano in sede vacante celebranda, quæ præficiendum eligebat clero civitatis & plebe præsentem atque consentiente, electumque consecrabat. Neque enim primis illis seculis cleri vel populi postulatio jus aliquod dabat, sed ejus tantum ratio habebatur ab Episcopis, nisi ipsorum judicio alius idoneior præferendus esset: de quo, quemadmodum & de propositis à plebe, Metropolitani cum synodo sua provinciali judicabat. Synodum vocavi hunc Episcoporum conventum, juxta canonem XI. synodi Antiochenæ, qui canonem Nicænum designat & interpretatur: Episcopus præter sententiam Metropolitani nullo modo ordinetur. Mox: Et ita sub plurimorum vel præsentia vel decreto ordinatio celebretur. Omnium enim, si fieri posset, vel saltem plurium Episcoporum præsentiam desiderabat.

Idem ordo constituitur etiam canone XIII. Laodiceno: *VI* Episcopi, judicio Metropolitani & eorum Episcoporum qui circumcirca sunt, provehantur ad ecclesiasticam potestatem, ij videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei quam recte conversationis exemplo. Hunc canonem de electionibus disertè interpretatur Martinus Bracarenfis, & ex eo Hincmarus.

IV. Ex quibus canonibus apertè conficitur Episcoporum promotionem judicio synodi plenissimè permissam. Et ne consultatio quæ cum clero & plebe habenda est, auctoritate canonis fulta, contumaces redde-

* sic videnda
non sunt, ut
dicuntur, de
scripserunt
officiorum vi-
cas reliquerunt.

ret civium animos Episcoporum iudicio, ejus mentio omiffa est in canonibus, relicta in re-
rim consuetudine jam recepta de tractatu
electionis habendo cum clero & plebe ci-
vitatibus. Ius itaque Episcoporum canone fir-
matum est. Quod pertinet ad populum,
consuetudini relictum est. Iudicium porrò,
cujus meminit synodus Laodicensis, exer-
cebatur in dispungendis eorum meritis qui
proponerentur vel à clero vel à populo ci-
vitatibus, vel etiam à singulis Episcopis, quæ
discussio verbo juris *ἀνακρίσις* dicitur. Pro-
nuntiatio verò illius iudicij, quo renuntia-
batur antistes, dicebatur *ἀφροξίς*; ut apud
Gregorium Nazianzenum orat. XIX. &
alibi.

V. Ceterum hæc synodus ex omnibus
Episcopis provinciae constare debebat, vel
saltem ex tribus præsentibus, qui electionis
negotium agebant, iudicioque suo quis
præficiendus esset decernebant. Quod ob-
tinebat, quoniam abentem consensum scrip-
to dabant rebus gerendis, & tres illi cum
Metropolitani auctoritate omnia agebant;
qua cessante, omnia fuissent irrita, ut do-
cent canon Nicænus IV. & VI. & canon
XIX. Antiochenus. Enimvero si dissidium
aliquod inter Episcopos de præficienda per-
sona disceptantes accideret, sententia plu-
rimorum potior erat; quemadmodum de-
cernit canon sextus Nicænus, & XIX. An-
tiochenus.

VI. Synodus autem ista habebatur in ci-
vitate sedis vacantis, ut dixi, ne clerus &
populus civitatis arcerentur à communi-
one electionis: qui testimonium tamen ferre
debebant de persona eligenda, & desideria
sua proponere, repulsam quoque dare, si
utilitati ecclesiasticæ id expediret. Testimo-
nij ferendi ab aliquo necessitas insinuat
à canone Laodicensi, qui præcipit probata
per longum tempus conversationis viros ad
episcopatum esse promovendos. quæ pro-
batio rectè institui non poterat nisi adhibi-
tis ex Ecclesia & plebe testibus.

CAPVT IV.

Synopsis.

I. Athanasij electio & ordinatio peracta est in sy-
nodo apud Alexandriam habita, iuxta postulationem
civium. Probatum ex epistola encyclica Episcoporum
Ægypti, quæ extat apud Athanasium.

II. Probatum item ex Athanasio electionem illic
debere fieri ubi est copia cleri & populi præsentis, id est,
in civitate sedis vacantis.

III. Ex eo autem capite validè Constantium Im-
peratorem & Arrianos exagiat Athanasius, quòd
Gregorium sibi superposuissent ignotum populo repug-

nanti, seque expellerent populis gratissimum. Scri-
bit ergo id tentari adversus Apostolorum traditionem
& antiquos Ecclesie mores.

IV. Eandem canonum violationem in eadem cau-
sa Athanasij graviter Arrianis exprobrat Papa Ju-
lius. Ex quo colligitur necessarium esse cleri populi-
que consensum in constituendo Episcopo.

V. Tum, Episcopi institutionem à provincia Epis-
copis in ipsa Ecclesia fieri debere, & promovendum à
clero ipsius Ecclesia petendum.

VI. Invenitur mentio epistola Concilij Nicæni ad
Alexandrinum.

VII. Ex Constantini rescriptis patet quam epis-
coporum partes fuerint in electionibus, quam verò
plebis.

VIII. Eadem praxis confirmatur aliquos exem-
plis illustribus ex antiquitate.

IX. Probatum etiam ex controversia de episcopatu
Ephesino, quæ agitata est in Concilio Chalcedonensi,
Eusebium Episcopum Ancyræ in eodem Concilio dix-
it habendam provincie synodum in civitate cui ordi-
nandus est Episcopus.

X. Decretum fiebat à Clericis & civibus; quo à
Metropolitano petebatur Episcopi ordinatio, aut ejus
qui à civibus designatus esset, aut alterius qui esset
idoneus, arbitrio Metropolitanæ cum sua synodo.

I. SED ne conjecturis solùm niti videa-
mur, utrumque probabimus illustri-
bus exemplis electionum actarum post sy-
nodum Nicænam. Docebimus itaque & sy-
nodum habitam in civitate sedis vacantis
ad electionem ordinationemque faciendam,
& exploratam prius cleri atque populi sen-
tentiam.

Nullis poterat magis patere synodi Ni-
cænae sententia quam Ægyptiis Episcopis
qui paulò post peractum Concilium Atha-
nasium ordinarunt. Illi verò in sua encyclica,
quæ habetur in apologia secunda Athana-
sij, testantur omnem multitudinem popu-
lùmque Ecclesie catholice in unum coa-
ctum, quasi in speciem unius corporis & ani-
mæ, clamoribus vociferationibusque po-
stulasse Athanasium Ecclesie Episcopum da-
ri, idque publicis votis à Christo experitisse,
nosque ut faceremus, inquit illi, per multos
dies & noctes iurejurando obtestatos fuisse; cum
interea nec ipsi ab Ecclesia discederent, neque no-
bis discedendi facultatem permitterent. Infra:
Porro quod nostrum plerique ipsum sub omnium
oculis exclamationibusque Episcopum creaverint, nos
ipsi testes fide digniores sumus iis qui absuerunt
& mentiuntur. ὅτι πάντες ἰδοὺ πληθὺς ἐκ πατρὸς ὁ λαὸς τῆς
καθολικῆς ἐκκλησίας ὡσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς ἔσθ-
μαίος σιμωληλυθότες ἀπέβαν, ἔκαστος αἰλουῦτες
Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον τῆς καθολικῆς. τοῦτο ὑπόχρηστο
δημοσίᾳ. τὰ Χριστῶ, ἔ τοῦ ἰοῦ ἡμᾶς ἄρχιστο ποιεῖν
ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἔ νύκτας, μήτι αὐτοὶ τῆς ἐκ-
κλησίας ἀφιστάμενοι, μήτι ἡμᾶς ὑπετίετοιτες ἀφ-
σταῖ. ΜΟΧ: ὅτι ἡ πλείους ἡμῶν αἰσὶν ἐχρησθ-
νησαν ὑπὸ τῶν πάντων ὄλων ἔ βολαῖς, μαρτυρεῖς
πάντες ἡμᾶς ἀξιοπιστοῖστροι τῶν ἐπόντων ἔ ἰουδο-